

Gyoroki református templom felújításával kapcsolatos kérvények, amelyet 1768-ban Engl Antal csanádi püspök és a gyoroki reformátusok terjesztettek a helytartótanács elé. A 18. században a helytartótanács vallásügyi bizottsága foglalkozott a protestánsok templomépitési kérelmeivel. Az eljárás során a bizottság tárgyalta a beérkezett kérelmeket, és javaslatot tett a kérelem engedélyezésére vagy elutasítására. Gyorok esetében Engl püspök részletesen ismertette a reformátusok helyzetét és a kegyúri jogokat gyakorló földesurat. A gyorkiak kérvénye igen tömör, csak annyit írtak, hogy templomuk felújításához szeretnék az uralkodó kegyét megszerezni. Arad vármegye részéről ebben az iratanyagban nem található semmilyen állásfoglalás, amely azért furcsa, mert az akatolikusok kérvényeit először minden esetben a vármegye tárgyalta, és csak azután került a helytartótanács elé. Az iratanyagban fennmaradt viszont a vallásügyi bizottságnak Arad vármegye és a Csanádi Püspökség felé tett döntési javaslata. Egyben megtalálható itt Mária Terézia korábbi döntése a gyoroki reformátusokkal kapcsolatban.

[fol. 3r] Serenissime dux regni locumtenens excelsum consilium locumt[enentia]le regium, domine d[omi]ni benignissime gratiosissimi col[endissi]mi!

Praes[entatus] 22. Julii 1768.

Gratosum excelsi consilii locumt[enentia]lis regii de dato 23-tia mensis Maii anni currentis ad me emanatum intimatum, in quo incolarum Gyorokiensium in eo suplicantium instantiam, ut iisdem reformatam, et ruinosam ecclesiam suam renovandi facultas concedatur, mihi de benigno jussu regio eum in finem transmittere dignabatur excelsum consilium locumt[enentia]le regium, ut secundum occurrentes eatenus circumstantias requisitam informationem habita mutua cum comitatu Aradiensis cointelligentia submitterem, summo cum venerationis cultu percepi, et desuper humillime repraesentandum habeo, quod co[mi]t[a]tus Aradiensis jam ab aliquo tempore officiales ad g[e]n[e]r[a]les congregationes Csanadiensis hic Makoviae celebrari solitas no mittat, idcirco nos mutuo cointelligenter habere non valeamus. Quod vero hoc in passu me secundum pastorale meum officium concernit, melius fore judicarem si spectabilis d[omi]nus Edlspacher reformatos in dominio suo Gyorok existentes, cum aliunde, ut mihi constat, pauci sint, potius extirpare et ipsorum loco catholicos impopulare adniteretur. Quod ecclesiam calvinisticam [fol. 3v] ruinosam concernit, nunquam aliquam, minus ruinosam me vidisse recordor, et hoc in passu etiam alios consului, videlicet d[ominum] emmeritum v[ice]comitem Laurentium Marcibanis, qui meam humillime subscriptam sententiam tenet, nec minus admodum r[everen]dus d[omi]nus Joannes Sterk can[?] titularis, decanus, ac parochus Makoviensis, qui omni anno ecclesias visitare debet, se talem nunquam ibidem vidisse meminit. Quae igitur dum repraesentarem. Summo cum venerationis cultu persevero.

Serenitatis vestrae regiae et excelsi consilii locumt[enentia]lis regii

Makoviae die 12-da Julii 1768.

Servus humillimus obsequenti[ssimus] com[es] Ant[onius] Engl ep[iscop]us Csanad[iensis] mp.

[fol. 4r] [üres]

[fol. 4v] 12-a Julii 1768, 25-a Julii re[...]

Csanadiensis ep[iscopu]s quoad petitam incolarum Gyorokiensium oratorii sui restaurationem informat.

Registro inserta de a[nn]o 1768 in rubr[ica] co[m]it[at]us Aradien[si] 4. Maii fr? nr. 3.

Ad Lad. H. Fasc. 29. Relig.

[fol. 5r] Invictissime nec non clementissime caesar egenorum protector benignissime!

Cum eccl[esi]a nostra reformatam jam a longo tempore ob paucitatem fidelium ruinae mancipata haereat, jam vero eorum numerus perbene auctus sit, tum in ma[jes]t[at]is v[est]rae invictissimae clementia fidentes, tum etiam ab eminentissimi ducis mutinae bonorum administratore d[omi]no nostro terrestri animati ma[jes]t[at]em v[est]ram accedere non horruimus. Idcirco supplices accedimus ad invictissimam ma[jes]t[at]em v[est]ram, ut nobis facultatem renovandi ecclesiam nostram non indulgere non velit, quam indulta facultate nocte dieque summas referre grates invictissimae ma[jes]t[at]i v[est]rae non cessabimus.

Suprafatae ma[jes]t[at]is v[est]rae incivtissimae nec non clementissimae, servorum infimi simul ac indignissimi incolae Gyorokienses.

[fol. 5v] Ad Lad. H. Fasc. 29. Religion.

Spect[abilem] ad B[enignam] Mandat[am] 4. Maii 1768.

[fol. 6r-v][üres]

[fol. 7r] Extractus benigni mandati de dato 4-ae Maii 1768., Viennae expediti

Non absimiliter hicce in paribus adnexam incolarum Gyorokiensium in eo supplicantium instantiam, ut iisdem reformatam et ruinae jam mancipatam ecclesiam suam renovandi facultas concedatur, dilectioni et fidelitatibus vestris eo fine clementer transmittimus, ut auditis praevie audiendis opinionem suam depromere, hancque nobis demisse submittere non intermittant.

Datum ut supra Maria Theresia mp.

Comes Georg[ius] Fekete mp.

Josephus Jablanczy mp.

[fol. 7v] 4. Maji 1768, 23 ejusdem

Mandatu[m] reg[ium] vi cujus incolarum Gyorokiensiu[m] ruinosam ecclesiam suam renovanda[m] sibi admitti petentium instantia pro danda opinione communicat[ur]

Ad Lad. H. Fasc. 29. Relig.

[fol. 8r] Ex mandato regio 4-a Maii 1768.

Co[m]it[at]ui Arad et Dioecetano Csanád

Hicce in paribus adnexa[m] incolarum Gyorokiensium in eo supplicantiu[m] insta[n]ti]am ut iisdem reformatam et in ruinosam ecclesiam suam renovandi facultas eo nec datur consilium hoc l[ocum]tenetia]le r[egium] p[rae]t[itu]la]tis d[ominis] d[omi]nis hisce eo fine de benigno jussu regio transmittit: ut auditis audiendis secundum occurrentes eatenus circumsta[n]ti]as requisitam informa[ti]onem habita mutua cum co[m]i]t[a]tu Dioecesano [...] d[omino] dioecesano [...]elligentia isthuc submittere neverint. Datum 23-a Maii 1768.

Nb. Cum ex insta[n]ti]a non appareat in quo co[m]i]t[a]tu locus iste Gyorok situetur, id ipsum in ra[ti]onaria rescindendum erit.

Aszalay mp.

Expediatur Pálffy mp.

[fol. 8v] 23. Maii 1768.

Comitatui Aradiensis incolar[um] Gyorokiensium pro renovatione ruinosi oratorii sui supplicantiam instantia transmittitur

In simili episcopo Csanád

Ad. Lad. H. Fasc. 29. Relig.

Jur[atus] Jos[ephus] Bittó mp. 28. Maii sign[atus], 1. Junii exped[itur]